

www.e-rara.ch

Legenda sanctarum virginum Christiane Kunegundis Mechtundis & Wibrandis de societate undecim milium virginum et martyrum

Wolff, Jakob

[Basel], [1504/1505]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-131214>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Legenda sanctarū
virginum **C**hristiane **K**unegū
dis **M**echtūdis ⁊ **E**uibrandis
de societate vñdecim miliū virs
ginū et martyrum.

cp. Proccum habetum in Eichel

F. K. IX. 24³

THE
LIBRARY OF THE
MUSEUM OF
ART AND HISTORY
OF THE
CITY OF
NEW YORK

Incipit legenda sanctarum virginum
Christiane: Kunegundis: Sechtundis z Wibrandis: que fuerunt de
societate undecim milium virginum z martyrum. **Lectio I.**

Sortiosissimam sanctarum undecim milium virginum passionem:
Ursula britanorum regis filia duce sancta venerat ecclesia
quam nouimus tempore Martiani imperatoris factam
sub Attila hunorum rege per Iulium principem in confi-
nio urbis Coloniae agrippinae: anno domini quadringentesimo
quingentesimo quarto: quo tempore non erat vniuersalis persecutio:
qua homines cogerentur ad sacrificia ydolorum: sed quedam particularis
clades et ecclesie vastatio. Ex quo constat has virgines sacratissimas
regali: ducali: militari: nobilitariisq; generosissima stirpe seculiq; digui-
tate procreatas: tante virtutis: glorie: et meriti extitisse: tamq; diuine
bonitati acceptabiles: ut tempore pacis gloriam inuenirent martyrii: z
per triumphalem victorie palmam rose spiritus sancti preuente fructum
darent ex fidei germine: quippe que florere non modo christiana religio-
ne: sed z generosa seculi dignitate. Tu autem domine. **Lectio II.**

Pro quantifuerit apud deum meriti: q; preuente in benedictio-
nibus dulcedinis: q; excellentis glorie: q; gratie singularis: eo
conicitur quo z vite integritate per castimonie continentiam vir-
ginalis sumam quam studiose custodiunt: et virtutum reliquarum exercitium
quibus se indefinenter excolere satagerunt. Sancta quoq; Ursula san-
ctissimarum virginum primiceria ipsarum mentes adeo solidare studuit in ea
charitate que foras mittit timorem: dilectioneq; perpetua sic deum z pro-
ximum diligere hortabatur: ut vere castra dei viuientis agnoscerent: et ad
queq; incommoda pro christo ferenda se mutuo continuatis exhortatio-
nibus et exemplis animarent. Cumq; pro christi amore sese legibus sumis
stabili permanentia vincientes merita cumulassent: et preces ad domi-
num mente sursumacte dirigerent indefesse: britannie finibus relictis: colo-
niae agrippinae littores contingentes: diuina reuelatione premonite Basileam
nauigio adeunt: que urbs rauricum heluetiae fines obtinet ubi
a venerabili sancto viro Panthalo: qui z ipse de britannie partibus oriun-
dus nobili prosapia credit fuisse: z Basileorum episcopus effectus virgi-
nes sacras ducatu salubri et ipse virgo nobilis rhodanum usq; perducens
a sanctissimo papa Ciriaco: z omni curia honorifice susceptus est. Tu. **Le. III.**

Alicubi vero pro deuotionis sue affectu pficiendo illic como-
rantes: seq; deo z sanctis omnibus deuotius commendantes reuer-
tendo per rheni littores Basileorum urbi propiusque perstantes me-
morabant fixeq; manebant. Erant autem prout veridica relatione anti-

quiritatis accepimus inter has sacratissimas virgines quatuor insigne
virtutis: et gratie deique timore perfectissime: omni predite morum honesta-
te: quarum tres nobiliores genere: una **Kunegundis**: alia **Dechtrundis**
tertia vero **Christiana** vocabantur: et quarta quae quasi famula ipsarum vide-
batur nomine **Wibrandis**: virgines sacratissime que per duregaudis
ad rheni peruenientes littoza infirmitate valida letalique grauata: iter
suum **Basileam** usque perficere non valentes: diuina disponente clementia
non longe a nobili quodam urbe: nunc vero vel terremotu: vel temporum
hominumque malicia paupere et modico rure: augusta rauricum dicta sub-
stituerunt. Quod reuera diuina factum prouidentia creditur. quatenus
et terra ipsa tunc pene desolata: colonisque destituta meritis ipsarum
cultoribus impleretur: prout iam cernimus factum et patrie nostre fines
tantarum patrocinio matronarum: diuino superirradiaretur prospectu
supernorumque luminum illustraretur splendoribus. **Lectio III.**

Igitur rheni transuadantes alueum ambulabant per deuia silua-
rumque dumeta: montium adeuntes iuga et vallium prupta: ceu igna-
re viarum ignotisque hominibus et lingue: ad motana que incolis spelte
dicuntur peruenerunt: et quoddam villagium nomine **Roppenschuiler**
impingentes: cuiusdam pauperuli grangiam: utpote infirme et debiles pe-
tuerunt. Porro incole loci cernentes personas tam venerabiles et honestas
ignotisque lingue homines eas prout erant nobili prosapia genitas
coniectabant: ipsas hospitio prout petebant receperunt: et humanitatis
obsequia sicut pauperes rusticole pro posse exhibebant: sed priusquam ad
prefata peruenissent loca: sancta virgo dei **Christiana** graui languore
preueta: paululum a littozibus rheni in quodam loco substitit: et languore in-
grauesciente: oculos cum manibus in celum eleuatos tenuit: et orationem ad
christum dei filium sponsum fundens virginum: benedicens sanctam trinitatem
in confessione vere sempiternaeque deitatis plena fide spiritum celo reddi-
dit: quam repicientes incole vicinorum locorum mortuam nitebantur cor-
pusculum sancte virginis terre glebis commendare: sed a loco nusquam mo-
ueri ope quorumcunque poterat. **Tu autem.** **Lectio V.**

Consilio tandem inito plaustrum sumentes novum eidem iungere
duas iuencas iugo nondum subactas corpus sancte virgi-
nis impositum vehere permiserunt quocumque ipsas flatus sancti
spiritus perurgebat: que mox sumptis viribus ex aduerso praecepti petro-
licae montis gressibus equis incedentes substituerunt. Mirabile dictum:
Dox enim diuina virtute petra se diuidens peruium iter pecudibus stu-
pedo miraculo prestitit: que ipsam demum usque ad montis supercilium iu-
ga perducentes: sua pausatione locum quietis corpusculi virginalis ostē-
derunt: quo loco usque in presentem diem in pace sepulta requiescit. **Et**

era demum virgo superna irradiatione deo sanctam suam glorifican-
te illustrata cepit eborascare miraculis: adeoque se glorificatam in celis
patet facere beneficijs diuinis vt cunctis claresceret sanctam dei virginē
omni veneratione cōdignam fore. Unde vicinorum deuotione actum
est fidelium eis assistentibus suffragijs: q̄ ecclesia in honore ipsius exti-
t̄it z fabricata et consecrata in loco p̄fato vbi requiescit. **Tu. Le. VI.**

Ed ad locum vnde digressi sumus redeuntēs: vt audiamus q̄
gloriosus fuerit rex israhel discooperiens se coram ancillis ser-
uorum suorum: et aperte demonstrans quanta laude digna sit
diuina maiestas mirificans sanctos suos reliquum vite finem sanctarū
virginum **Kūnegundis** **Hechtundis** et **Wibzandis**: videlicet ad me-
moriam reuocemus. Cum p̄ sacrate virgines christi iam iam valitudi-
ne aduersa ingrauescente sese morti vicinas agnoscerent: z corpore der-
fatigato semigraturas minime dubitarent: expetierunt sacramenta ec-
clesiastica sacerdotis mīsterio sibi apportari asserentes se vere christi-
anas esse: vt hunc firma fide puroq̄ pciperent corde: quē in terris po-
sset tanta deuotione ardoreq̄ fidei dilexerant: vt mortem parate forēt
pro ipso per martyrij palmam: prout reuelatione didicerant subire: et
quantum in ipsis erat subissent: nisi diuina bonitas ad gloriam suam
nostris vtilitatib̄ misericorditer condescendēdo aliud decreuisset. Igi-
tur suscipientes diuina sacramenta ad mortem se prout decuit patien-
tissime et constantissime disponentes contra inimicum generis huma-
ni: eiusq̄ versucias dimicature se domino et eius gratie commendane-
runt. Cumq̄ accelerante vicinaq̄ iam morte interrogarentur: quo lo-
co sepulturam sibi parari iuberent: memores sodalis sue **Christiane**
responderunt: eo se modo sepeliri debere quo ipsa in terre tradidissent
his rite gestis sacrate christi sponse inter manus deuotorum ruralium
et ipse deuotissime cum hymnis z laudibus diuinis: quibus sanctā tri-
nitatem patrem z filium z spiritum sanctum collaudantes inuocabāt:
gratias deo agentes: sanctas animas carne solutas: eterni dei filij iun-
gendis sponsalitijs tradiderūt ad alta celorum conscensuras. Premo-
nuit autem sancta **Wibzandis** mortura se tanq̄ minus genere nobilē
et meritis inferiorem non debere cum alijs cumulari: sed seorsum alio
recondere locello: quod et factum est. **Tu autē. Lectio VII.**

Cumq̄ sepulture tradende vitulis plaustro iunctis superposi-
te veherentur: contigit animalia versus quercum procere alti-
tudinis z magnitudinis mire iter agere: vbi nec dextra nec fini-
stra (propter veprium dumozūq̄ densitatē) poterat teneri: diuina vir-
tute grandi hoc miraculo factum audiuimus ab his qui sacramento
iij

firmauerunt: se hoc ab antiquitate fide indubitata recepisse: quercum ipsam supinam in terram seu partē oppositam se deflexisse: sicq; per uiam prebuisse: q; pecoribus per ipsam proficisci erat tutissimum: eoq; euentu locus sepulture ipsarum: z villule illic postmodum constructe. **Eichsel** dicit^r est: quasi quercus salutis: quo nomine vsq; in hodiernū diem locellus ipse sortitur. **Et** plane mirabilis de⁹ in sanctis suis magnificus in maiestate faciens prodigia: quib; animaduerti potest quanti sint apud ipsum meriti: qui diuinis se mandatis consilijsq; vincunt: z virtutib; se exercentes in terris vitam celibem actitare satagūt. **Quod** nimirum luce clarius in his sanctissimis virginibus ostensum noscitur: que in schola virtutum et christiane palestra militie sub magisterio sanctissime **Ursule** se ex exercentes intantum profecerunt: ut magni apud christum sponsum suum inueniātur: totiq; mundo virtutis exemplum prebeant: omnium fide et deuotione sincera ipsas inuocantium necessitates pia miseratione potenter releuet; et miraculis crebris deo sanctas suas glorificante choruscare cernantur: quorum nonnulla inferius annotantur. **Nec** noue cuiq; videantur hee tam diuine operationes nunc erga dei famulas actitate: cum etiam transeūdo **Rhoda** redeundoq; cum sacro isto comitatu persepe virginem **Mariam** benedictam christi matrem: et sanctum **Michaelē** cum multitudine angelorum in assumptis corporibus: et sanctum **Iohannē** euangelistā vidisse non modo mentalibus: sed et corporalibus oculis persepe probantur: eorumq; percepisse pro martyrii sui agone quā deo iam comendauerant consolationem. **Et** qđ diuine pietatis maius cernitur indicium sepe per noctem fuce celesti lumine illustrare contra caliginosas noctis tenebras: et per diem contra estum diuinitus nube sunt rosifera obumbrate: ut vere veteris populi israhelici in ipsis xpi sacratissimis virginibus et martyribus mirabilia virtute naturam omnem transcendere nouarentur. **Tu** autem domine. **LECTIO VIII.**

Utrum ut de multis miraculis quibus deus glorificauit sanctas has virgines aliqua in medium deducam: ad laudē et gloriam omnipotentis dei: et utilitatem legentium: ut deus in sanctis laudetur: et ecclesie catholice sublimetur fides: et roboretur: aduertant vniuersi fideles christi q; anno a natiuitate domini Millesimo quingentesimo quarto: tempore sanctissimi domini nostri domini **Buli** pape secundi: cum **Reuerendissim⁹** in christo pater et dominus noster dominus **Raymundus** ff. sancte **Marienoue**: presbyter **Cardinalis** **Burcen**: et legatus de latere per **Germaniam** missus: ad ciuitatem venisset **Basilien**: audissetq; fama diffusa miraculorum priscis actorum

temporibus sanctas dei virgines alias canonisatas: nec tamen a terra translatas: precepit quatenus sanctarum corpora inquirerentur: decernens (propria tractus deuotione) indignum: ut tantus thesaurus mundo diutius celaretur: lumenque clauderet sub modio: sed super candelabro lumine exaltato luceret omnibus qui in ecclesie domo sunt: ac in refugium esset asilumque omnibus ad sanctarum virginum confugiendum presidium. Tu autem domine.

Lectio IX.

In temptatione itaque facta cum cumula sanctarum patefierent: tantus odor suauitatis a quibusdam partui vicinis mulieribus: quarum una Barbara vocabatur: vxor sculteti: villagii dicti Rrentzsch: et quedam alie: quarum nomina mihi modo non occurrunt que mihi qui hec scripsi relatione veridica dixerunt: referebatur emanasse: ut que alias propter tumultum: pressuramque iam pene videbantur defecisse subito senserunt se odore huiusmodi recreatas: quatenus omnibus innotesceret sanctarum dei virginum: et ossa de loco suo pululare: refertaque esse odoris boni spiramine. Statim namque diuini luminis vultu superirradiante: innouata sunt signa: et immutata mirabilia deo glorificante dexteram suam: inter que hoc imprimis referam: quod ex multis retro temporibus contigisse fide loco iurisiurandi data multorum digna relatione compertum est. Erat namque in loco sepulture sanctarum virginum quoddam lignum quod miro semper fragrabat odore: et cum iam esset aridum: et vetustate pene consumptum: semper tamen odorem spirabat violaceum: adeo ut nec quod si violas ipsas quis manibus tenuisset: tantum potuisset odorem suauitatis percipisse. Et quod plus mirandum est idem lignum cum iam propter vetustatem: quia sub diuo manserat de mausoleo sanctarum amoueret: protinus odorem suauitatisque spiramentum omne amisit. Nec sentiendum est hoc alio quam diuina factum esse virtute ad sanctarum gloriam: et quod preciosa sit in conspectu domini mors sanctarum virginum hoc voluit demonstrare indicio. Est et aliud quod relatione veridica dicto iuramento firmato perceptum est quod tempore illo quo nondum ecclesia in loco sepulture edificata extitit ceruus egregie stature a venatoribus exploratus: cum per canes ageretur semper huic loco se cuius tuto commisit presidio: nec quouis a loco vel canibus auelli: vel ledi venabulo poterat: cuius semper cornibus videbantur affixa tria luminaria: quibus exterriti venatores tandem locum relinquentes: et dantes gloriam deo: ad propria redierunt: ex quo indubitatum accipitur sanctas has tres virgines suis tutelis etiam mun-

eo huic pecori ad ipsarum confugienti presidio regumēcum presticisse
adiumentū salutis. **¶** Ecquid mirum si suffragia et intercessio sancta-
rum virginum poterat ratione carentibus esse adiutorio: quā tanto maiori
hominibus sit adiutorio: quanto ratione utentes ipsa carentibus sunt
prestantiora. **¶** Denique retulit honestus vir Iohānes ritterman: quod vxor
ipsius Margaretha kungin per plures annos clauda extiterit: que au-
diens sanctarum virginum in operibus diuinis gloriam mox voto se ad
ipsarum mausolea si adiutorio sibi forent cum oblatione visitanda: mox
integre sanitati restituta ē: surgēs et exiliens et laudans deum. **¶** Theo-
doricus demeyere filium habens: de cuius vita morbo ingrauescente
nulla spes ulterior a patre habita est: qui voto pro filij salute in somnis
prius tamen monitis emissio mox ipsum restitutum: integre sanitati re-
cepit incolumem. **¶** Idem Theodoricus filiam habuit: quam summo
cōplectebatur amore: que ventris dolore grauata vmbilici: et ex ea etiā
infirmirate diutina vita pene desperata erat: qui monitus ab vxore qua-
tenus voto et voce committeretur sanctis virginibus: magnaque dei pie-
tate factum est ut concito cum duabus candelis voto ad ipsas visitan-
das emissio vermes ducenti: eoque amplius ab ipsa egrederentur puella:
inter quos duo erant mire longitudinis: qui quia pilosi erant sua villo-
sitate et populis magnum prebuere spectaculum: et omnes hoc cernen-
tes ad deum in sanctis suis glorificandum excitauerūt. **¶** Retulit de-
nique idem Theodoricus ac iuramento firmavit se febrium sintroma-
ta aliquanto sustinuisse tempore: qui valido tentus paroxismo votum
emissio se visitaturum virginalis requiei locum cum duarum oblatione
candelarum et concito se sensit incolumitati restitutum integre virgi-
num sanctarum pia intercessione. **¶** Retulit denique Hermannus miller
se per plura tempora in vno oculo suorum lumine amisso cecū extitisse quod patre
cinio scilicet invocato mox visu restituto clare se asseruit videre. **¶** Ad hoc
accedit quod mulier quedā sedeci annis in vno oculo lumine priuata: voto
ad sanctas virgines emissio plenum lumen adepta est oculorum suorum.
¶ Erat alia mulier que propter calculi acerbissimā adustionem diuti-
no languore tenebatur: cumque diutim angustiantium duris quateretur
doloribus: voto ad has sacratissimas virgines emissio: continuo ex vesi-
ce et renum angustis meatibus lapidum arenarumque multitudine pruri-
te liberata existens liberatricibus suis gratias agens: earum reliquias
visitatura montem spelte sine omni conscendit difficultate. **¶** Erat pre-
terea et usque hodie limpidissimus manans fons in confinio locelli quo
sancte virgines requiescunt: qui ante harum sanctarum virginum ad-

uentum quia solitudo erat tot venenatis exuberabat animalibus: ut nul-
li hominibus vsui esset aptus qui post earum illic mansionē ita cunctis
vsualis effectus est: ut vermibus in lapides conuersis omni sit sitienti po-
tabilis. **E**rat denique puella quedam in villagio Brombach quinq[ue]
annorum: que vel veratione horrida pustularum: vel alia quauis infir-
mitate tribus annis cum dimidio clauda extiterat: nec vnq[ue] gressum ege-
rat: sed iacendo in calamitatis lectulo tempora consumebat clenica. cūq[ue]
audisset cum parentum tumultu: cum aliorum hortatu se mutuo insti-
gantes: ut ad translationis festum sanctarum virginum pergeret: ipsa
puellula clauda iacēs vociferare cepit se ad sanctarū festa ituram: cūq[ue]
mater eam verbis sedare conaretur: illa rursus vociferabatur se iturā
Cui mater: Quo(inquit) ibis cum per dies vite tue nunq[ue] pedibus
tuis gressum feceris? At illa feruenti animo: et spiritu se que nunq[ue] ere-
cta sederat se erigens. Cumq[ue] mater vna cum alijs hominibus interes-
sentibus eam seipsam erigere cernerent: stupentes substiterunt: et mox
vnanimi voce voto ad sanctas virgines se constringendo puellam sup-
pedes erexerunt: que statim omni semoto impedimento ambulās et exi-
liens et laudans deum. Hanc puellā prefatus reuerendissimus domi-
nus Cardinalis et legatus cum sua dignatione et humanitatis pietate:
sacra sanctarum virginum ossa ad ipsas descendens in foueam: et pro-
prijs manibus e tumulo leuans transferret: et omnes nos q[ua]ntoq[ue] adera-
mus vidimus ambulantem: et tota incolumitate letantem: ad laudem
et gloriam dei nostri et domini Iesu christi et mirificationem sanctarū
virginū. **M**ulta alia miracula ad laudē dei omnipotentis intercessi-
one sanctarū virginū facta sunt: q[ua] nimis longo tractatu indigeret sed hec
pauca satis ostendūt sanctas dei glorificatas in celis: quarū ossa tā mirificis
factis de locis suis pullulāt in terris. Has imitari et digne venerari in p[re]-
senti cōcedat Iesus dei fili[us] earū sp[irit]us et in futuro eū clare videre visū
diligere et dilectum cū omnib[us] sanctis laudare. Amen. **E**xplicit.





